

DAEDALVS ET ICARVS

Daedālus, qui vir magni ingenii erat, in insŭla Creta exsulābat. Ibi Daedālus, quem Minos hospitium praebuit, magnum labyrīnthum ei aedificāvit. Sed postea Minos Daedālum cum Icāro, filio suo, quem magnopere amābat in labyrīntho inclūsit. Tum Daedālus alas pinnis et cera fecit, cum quibus e labyrīntho fugiit. Pater et filius evolavērunt. Agitābat puer in caelo alas, quarum cera fusa est, et ita miser puer in undas cecidit. Interea, Daedālus, cui solatium maeror non dabat, in Italiam venit et in pulchro templo alas deis dedicāvit.

CYCLOPES

Caelum Siciliae, magnae insŭlae, aliquando nubes et imbres foedant: laetae messes campos ornant. Sed mons Aetna eructat aeternos ignes, qui clades civibus vicinārum urbium semper effecērunt. Montes et valles Siciliae sunt antiqua sedes Cyclōpum, qui patrem habent Neptūnum.

DE TRIVMPHO

Inter omnia spectacula Romānis iucundissimus est triumphus imperatōris; sed triumphus non decernitur saepe a Senātu. Antiquus usus statuit ut tantum post necem quinque milium hostium hic honor concederetur. Cum triumphi dies advēnit, templa omnia floribus ornantur. Cives omnes cum uxoribus et libēris in Forum laeti concŭrrunt. Ingens multitudo in tabulātis, quae per Forum exstructa sunt, sedet. Triumphus tandem incīpit. A Campo Martio, ubi imperātor milites suos laudāvit, pompa triumphālis Via Sacra ad Capitolium incēdit. Ovālis corōna dabatur imperatoribus. Tum praeda portabatur, et deinde albi tauri ad sacrificium ducebantur. Tandem ipse imperātor in curru triumphāli quattuor equis invehitur. Servus publicus ei continenter dicēbat ut mortalitatem suam meminisset.